



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

Cap 1. Qvanti referat viuam sacri huius mysterij fidem excitare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

SPIRITVALIS
THESAURVS
MISSAE.

IN QVO TRADITVR
Quam inde vtilitatem cap-
turi sint tum Sacerdotes sa-
crificantes, tum reliqui
fidelium eidem præ-
sentes.

CAPVT I.

*Quanti referat viuam sacri huius
mysterij fidem excitare.*

RERVM omnium æsti-
matio ex ipsarum nasci-
tur

2 SPIRITVALIS

tur cognitione, tam vera, quæ è
luce fidei & veritatis diuinæ
res ipsas ex ratione æstimantis
oritur, quam falsa, idque occa-
sione tenebrarum & obscurita-
tis, quas adfert peccatum &
concupiscentia; quæ verum
nobis id esse persuadet bonum,
quod non nisi fictum & men-
dax est. Maximum bonorum
temporalium est vita, & meri-
tò & maximum ducitur, vtpo-
te reliquorum bonorum fun-
damentum. Cæterum, si ipsum
bonum, omnium bonorum op-
timum & maximum, ad diuinæ
veritatis mentiri nescias, truti-
nam appendimus, dicentē Deū
ipsum S. Iacobi Apostoli ore au-
die

THESAURVS MISSAE. 3
dicimus: *Iac. 4. Quæ est vita vestra?*
vapor est ad modicum parens, &
deinceps exterminabitur. Tam fra-
gili scilicet fundamēto inædifi-
catae sunt omnes ventorū inani-
tatūq; turre, quas homines cō-
struūt, bonæ fortunæ, honores,
voluptates, ac diuitias non nisi
pro forma exteriori, non autem
pro soliditate accipiendo; quas
tamē S. rex Dauid diuina luce &
experientia illustratus & purè
iudicans, ne quidem vaporē aut
fumum, vti D. Iacobus, dicere
dignatus est, sed somni nomi-
ne, quod longè minus & indi-
gnius, vocauit Psalm. 75. Dormi-
erunt, inquit, somnum suum, &
nihil inuenerunt omnes viri diuiti-

A 2 arum

4

SPIRITVALIS

arum in manibus suis. Quibus
in rebus duo notanda occur-
runt: primum, quod omnia
inferiora ac terrena somnus
dicantur, & illorum possesso-
res & usufructuarij, dormi-
entes. Nam vti qui inter
dormiendum se regem, mag-
natem, locupletem, aut sa-
trapam esse somniat, quamdiu
quidem durat somnium, gaudet
ac de fortuna sibi sua gratula-
tur; sed expergefactus inanem
se ac vacuis manibus reperit: sic
reuera reges, magnates, opulen-
ti, satrapæ terreni, hisce bonis
fruuntur velut bonis somnian-
tium, hoc vno excepto, quod
somnia hoc sit paulo produ-
ctius

THESAURVS MISSAE. §
Etius; at vbi mortis eos stimu-
lus expergefecerit, nihil pror-
sus in manibus suis inueni-
unt. Alterum quod hisce in
rebus summoperè notandum
est, Prophetam non dicere di-
uitias virorum, sed, viros diui-
tiarum, quo ostendit, non i-
pso illarum, sed illas ipsorum
dominas esse: quæ sanè grauissi-
mā calamitas est. Iam vero vt ad
propositum veniamus, quem-
admodum fidei lumen, non au-
tem solam apparentiam secuti,
suum bonis terrenis pretium &
æstimationem quam merentur
assignamus, non aliam scilicet
quàm quæ somnio debetur: sic
eadem luce, quam Dominus

A 3

Deus

6

SPIRITVALIS

Deus nobis dignatur concedere, in vnica Missa tam admirabiles ac veros reperiemus thesauros, tam pretiosa dona caelestia, tanta gratiae bona pro hac vita, tam certam pro altera tamq; securam spem, vt insignem nobis admirationem & stuporem moueant, vt ad vel credendum eadem, ipso fidei dono, quod ex infinita bonitate sua cordibus nostris infudit DEVS, opus habeamus. Consideremus in Missa non modò quod exterius apparet, sacerdotem scilicet vestitum, è libro lectitantem, alium ei respondentem, nec satis nobis sit pectus hostiam eleuante sacerdo-

THESAVRVS MISSÆ. 7
cerdote tūdere; sed fidei oculis,
qui lōgè sunt Lynceo perspica-
ciores, perspiciamus quid quaq;
Missæ parte, & omnibus ad ipsā
spectātib. cōtineatur. Hæc por-
ro cognitio & interior perspe-
ctus non in solo cognoscendo
oportet sistat, sed Deum etiam
æstimare, reuereri, amare, ei pla-
cere & seruire ob tam eximium
beneficium studeat, (quod ta-
met si non nisi vnicum sit, om-
nia nihilominus beneficia in se
complectitur) & inde utilita-
tem aliquam elicere conemur,
& è singulis Missis, quas aut
celebrare aut dicere nos con-
tingit, exeamus alij quàm ve-
neramus, mutati scilicet

A

4

& in

8 SPIRITVALIS

& in melius conuersi, cum ipse
Redemptor Iesus Christus in-
ibi præsens adsit, de quo sic D.
Lucas scriptum *Luc. 6.* reliquit:
*Omnis turba quærebat eum tange-
re, quia virtus de illo exibat, & sa-
nabat omnes.* Si ergo lineæ aut
lanæ Saluatoris vestes sanandi
virtutem habebant, vel manum
dumtaxat tactæ, quid non faci-
et sacrum eius verbum corde
admissum, quin & ipsemet cre-
ditus & adoratus, & suo tem-
pore in sacro Missæ my-
sterio & communi-
one receptus?

) CAPVT